



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Regi Francorvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

394 Epistolarum Innocentij III.

propter prolixitatem superfluam in hac pagina prætermisimus annotare, de communis fratum nostrorum consilio, auctoritate Dei omnipotentis & beatorum Apostolorum Petri & Pauli & nostra, utraque parte præsente, prædictas prædecessorum nostrorum sententias confirmantes, decernimus, statuimus, & sancimus ut Dolen. Ecclesia perpetuis semper temporibus suffraganea plenè subjaceat Ecclesia Turonen. & debitā ei tanquam suā verā metropoli reverentiam & obedientiam cum aliis suffraganeis Ecclesiæ Turon. impendat, nec unquam Dolen. Episcopus ad Palliū usum aspiret. Et ne causa toties diffinita de cetero valeat in contentionis scrupulum refricari, si qua posthac instrumenta vel argumenta pro parte Dolen. Ecclesia possent quomodolibet inveniri, nos auctoritate apostolica nihil ea penitus valitura censemus. Nulli ergo &c. diffinitionis &c. Datum Laterani per manum Rainaldi Domini Papæ Notarij, Cancellarij vicem agentis, Kal. Iunij, Indictione secunda, incarnationis dominicae anno MCXCIX. pontificatus vero Domini Innocentij Papæ tertij anno secundo.

ARCHIEPISCOPO ET Capitulo Turonensi.

Epiſt. 83.
De eodem ar-
gumento.

AD convincendam malitiam & im-
probabilitatem eorum qui contra ra-
tiones & jura venire non metuunt, sedes
apostolica consuevit rigorem & severi-
tatem aliquoties temperare; ut vincens
in bono malum, omnem auferat mate-
riam murmurandi. Hoc enim quidam
prædecessorum nostrorum in cauſa quæ
vertebatur inter Turon. & Dolen Eccle-
sias fecisse noscuntur, qui contra res ju-
dicatas & per sententias sedis apostolicæ
ſepius diffinitas Dolensi audientiam in
judicio præliterunt, cum contra res ju-
dicatas nullo juris remedio valeat atten-
tari; ita quod & judicis inferioris senten-
tia, quæ legitima non est appellatione
suspensa, postquam in rem transierit ju-
dicatam, ut contra jus litigatoris prola-
ta, retractari de jure non debet, ut sic fi-
nis litibus imponatur. Nos quoque post-
quam causam illam, quæ commissa fue-
rat à bonæ memoria Alexandro & Lucio
prædecessoribus nostris inter ipsas Ec-
clesias super possessione tantum subje-
ctionis & libertatis, rationibus utriusque
partis & allegationibus cum instru-

mentis & attestationibus diligenter au-
ditis & cognitis, pro Turonensi contra
Dolensem canonice terminavimus, ad
abundantiorem cautelam benignam ad-
huc ipsis Dolensibus indulsimus faculta-
tem, ut quoniam in examinatione illius
causæ multa fuerunt in diversis articulis
coram nobis & fratribus nostris utrin-
que de proprietate proposita, summa-
tim, non quasi item contra priores sen-
tentias contestando, sed ut ex his quæ
fuerunt actitata, de proprietate, si pos-
sent, aliquid plenius & efficacius allega-
rent, per quod fortè posset ostendi an
aliquid fuerit omissum, sicut ipsi fre-
quentius afferuerant, propter quod ipsa
Dolen. Ecclesia in prioribus judiciis re-
manserit aliquatenus indefensa. Sed cum
præter illa quæ prius multipliciter alle-
gaverant, nihil postea commodiū alle-
garent, nos ex allegationibus ipsis nihil
penitus audientes quod contra vires
priorum sententiarum animum nostrum
posset aut deberet aliquo modo movere,
diatas prædecessorum nostrorum senten-
tias confirmavimus, statuentes ut Dolen.
Ecclesia tanquam suæ veræ metro-
poli perpetuis semper temporibus suf-
fraganea plenè subjaceat Ecclesiæ Tu-
ronen. nec unquam Dolen. Episcopus
ad Palliū usum aspireret. Et ad omnem ma-
litiam convincendam decrevimus ut ne
lis toties diffinita posset ulterius refricari,
si qua post hæc argumenta vel instru-
menta pro parte Dolen. Ecclesia con-
tingeret inveniri, tanquam nihil penitus
valitura, omni prorsus utilitate care-
rent. Ut autem de ordine processus istius
nulla possit in posterum dubitatio sub-
oriri, has vobis literas ipsum processum
compendiosius continentis duximus in
testimonium concedendas. Datum La-
terani IV. Nonas Iunij.

REGI FRANCORVM.

VEntilata diutiū & quasi frustra
ſepius sopia contentio, quæ inter
Turonen. & Dolen. Ecclesias verte-
batur, usque adeo statum generalis Eccle-
siae haec tenus molestavit, ut non solum
Dolen. doloreret Ecclesia, & metropolis
Turon. turbaretur, sed prædecessorum
nostrorum aures utriusque ſepius quere-
la pulsaret, & ipsi frustra quodammodo
viſi fuerint laborasse. Nam etſi frequen-
ter ad Romanam curiam quæſtio ipsa

perlata fuisset, & per multos prædeceſſores nostros non tantum ſemel ſopita, ſed ſaþe, nihilominus tamen ſuper ea nos oportuit laborare; nec fuit per Dei gratiam labor noſter inanis, ſed principium noſtrum finis eſt debitus ſubſecutus. Siquidem cū utraque partium ad citationem noſtram apoftolico ſe conſpectui preeſtaſſet, auditis quæ fuerunt hinc inde proposita, rationibus, allegationibus, & attreſtationibus, & instrumentis partium diligenter inſpectis, de communi frarum noſtrorum conſilio ſententiam diſtavimus pro Eccleſia Turonensi, auctoritate apoftolica decernentes ut Dolen. Eccleſia ſuffraganea ſemper exiſtat Eccleſia Turonensis, & ei tāquam ſuā verae metropoli reverentiam, honorem, & ſubjectionem ſemper impendat, nec ullo unquam tempore ad uſum Pallij Epiftopus Dolensis aſpiret. Ideoque ſerenitatem regiam monemus & exhortamur attentiū, ac per apoftolica tibi ſcripta mandamus, quatenus latam à nobis ſententiam, quantum in te fuerit, & tu ipſe conſerves ulterius, & facias ab aliis obſervari, eandem Eccleſiam Turon. in ſuis iuſtiis & manutenenſis & deſen-dens. Datum Laterani II. Kal. Iunij.

In eundem modum Comitiſſe & A. filio ejus, & universis Baronib⁹ Britannie, uſque ad verbum obſervari, Turon. Eccleſiam veſtram recognoſcentes metropolim, & ad eam, in quibus neceſſe fuerit, devoṭe & humiliṭe currentes. Alioquin ſententiam quam in vos propter hoc canonicē tulerit Eccleſia Turonensis, ratam habebimus, & faciemus auctoritate noſtra inviolabiliter obſervari. Datum eadem.

In eundem modum Clero & populo Dolen. uſque ad verbum aſpiret. Ideoque uni- verſitati veſtræ per apoftolica ſcripta mandamus, & diſtričte preecipimus, quatenus latam à nobis ſententia devoṭe ac fine omni contradictione parentes, Turon. Eccleſiam, videlicet metropolim veſtram, curetiſ humiliter revereri, & ad eam in quibus neceſſe fuerit, & juſ metropolitanum poſtulat, recurritis. Alioquin ſententiam quam in vos propter hoc canonicē tulerit, ratam habebimus, & faciemus auctoritate noſtra inviolabiliter obſervari. Datum eadem.

In eundem modum Capitulo Dolen. uſque ad verbum recurritis. Volumus etiam, &

ſub eadem ſententia diſtričte preecipi- mus, quatenus dilectum filium elec- tum veſtrum conſecrandum venerabili fratri noſtro Turon. Archiepiftopo, omni ap- pellatione, contradictione, & occaſione ceſſantibus, preeſentis: qui ei more ſuffraganeorum Turon. Eccleſiae pro- feſſionem faciat, & obedientiam promi- tar. Quod niſi inſra duos menses, poſt- quam requiſiti fueritis, volueritis adi- plere, ſententiam quam propter hoc idem Archiepiftopus in vos canonice tu- lerit, ratam habebimus, & faciemus au- torite Domino inviolabiliter obſervari.

In eundem modum Archiepiftopo Rotho- magen. & ſuffraganeis ejus uſque ad ver- bum aſpiret. Ideoque fraternitati veſtræ per ap. ſcripta mandamus quatenus la- tam à nobis ſententiam, quantum in vo- bis fuerit, & vos obſervetis ulterius, & faciatis ab aliis obſervari, nec alicui de Dolen. dioceſi chriftia vel alia ſacra- menta eccleſiaſtica miniftriſis, niſi de conſenſu Eccleſiae Turonensis. ſenten- tiam inſuper quam venerabilis frater no- ſter Archiepiftopus Turon. in dilectos filios electum & Capitulum Dolen. pro- pter contumaciam ſeu inobedientiam eorum canonice tulerit, uſque ad ſatis- factionem congruam per dioceſes ve- ſtras ratam faciatis & firmam haberi. Da- tum ut ſuprā.

Epiſt. 82.

PRIORI ET CONVENTVI de Noſſlat.

*C*Vm à nobis petitur &c. uſque ad verbum aſſenſu, de Felechiurche, de Fedreſtam, de Batteleya, & de Warnefeld Eccleſias, quas monaſterio veſtro bonę me. B. Eboracen. Archiepiftopus canonice contulit, ſicut eas iuſtē ac pacificē poſſidetis, & in au- thentico ipsius Archiepiftopi plenius continentur, vobis & per vos monaſterio veſtro auctoritate apo. conſirmamus, & preeſtentis ſcripti pagina communimus. Decernimus ergo &c. Datum Laterani I I. Nonas Iulij.

*Epiſt. 89.
De conſirma-
tione priuile-
giorum.*

PRIORI ET CANONICIS de S. Oſſvaldo.

*I*Vſis petentium &c. uſque ad verbum aſſenſu, Eccleſias de Boolton, de Sud- cherchebi, de Rouuelle, & de Felechiur- che, ſicut eas iuſtē ac pacificē poſſidetis, ad exemplar felicis recordationis C. Pa- pæ prædeceſſoris noſtri, vobis & per vos

*Epiſt. 90.
Ejusdem argu-
menti.*

D d d ij